



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Militia Immaculatae Conceptionis Virginis Mariae, Contra  
Malitiam Originalis Infectionis Peccati**

**Alva y Astorga, Pedro de**

**Lovanij, 1663**

O.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13965**

à Beata Virgine vestem candidam, quâ ipse & sub eo militaturi Fratres uterentur in testimonium eius originalis innocentiae, ut vita, verbo & habitu ejus Conceptionem sine macula profiterentur. Ita Moerbetius, tom. 2. Scalae purpureæ, fol. 132. Vide Verb. Præmonstraten. Marracc. in Fundat. cap. 13. fol. 8; August. Vigman. in Brab. Mar. lib. 1. cap. 5. & in Sabbathis Mar. cap. 7. Philippum Quintanilla, Joannem Paige & Eusebium de perpetuo objecto Conceptionis cap. 7. fol. 36. Rff. D. Si meo in Theſibus Theologis. Item, præterquam quòd recepit illam candidam vestem in memoriam sacre Conceptionis, approbavit & introduxit officium Immaculatae Conceptionis Beatisimæ Virginis MARIE, in quo habentur hæc verba: Ave Virgo, Spiri- tu sancto præservante, quæ de tanto parentis primi peccato triumphasti innoxia. Vide Joannem Eusebium de Exception. cap. 26. fol. 439.

NUNUS Alvarez Pereira, Connestabilis, Portugallie Hispanus, in Oppido de Villavitoſa templo Conceptionis Virginis MARIE novis amplificavit edificijs. Vide Hippolytum Marracium in Principibus Marian. verb. Theodosius Brigantiae.

## O.

OCTAVIANUS Besozus Mediolanensis Italus, in libro: Exercitorum spiritualium super Evangelia totius anni, fol. 197. de Conceptione Virginis Dei Matri MARIE, ad illud: Liber generationis Jesu CHRISTI, punctum unum. Impress. 1595. in 8.

OCTAVIANUS Stepharius, sive Staparius de Lucia, Ordinis Minorum Italus, in feſto Conceptionis Immaculatae gloriſe Virginis MARIE Concionem unam.

Item, pro primo Sabbato Cinerum Concionem alteram in qua ostendit MARIAM à peccato originali ſuffici immunit, sub hoc titulo: Quâ ratione sacra illa Angelorum Regina metaphorice navi equiparetur, quibusque virtutum ac sacramentorum prærogativarum ornamenti fulciatur? ibidem fol. 5. con. 1. in libro: Sacra Concionum centuria, &c. Lib. impress. Venetijs 1611. in 4.

OCTAVIUS Burgofortis, Ordinis Carmelitarum Italus, recognovit & illustravit Librum meditationum ac contemplationum Ludovici Libramontis, in quo vocat MARIAM mundi exemplar, criminis omnis nesciam, Matrem plenam gratia, Immaculatam, sanctam, cuius Conceptione fuit in mente divina prior abysſus & antequam aquarum fontes erumperent, sine macula, intaminata. Imp. Venetijs 1600. in 4.

OCTOGINTA duo Doctores Parisienses congregati in Conventu Maturiensis septima die Septembris anni 1497. in praesentia totius Universitatis uno ore unaque sententia statuerunt neminem deinceps Universitati adscriptum iri, quin prius Beatissimæ Dei Genitricis à peccato originali præfervationis assertorem, extremumque propaginatorē pro viribus futurum juramento confirmaret, &c. Verba sunt Henrici Spondanus in eodem an. num. 8.

O DO Abbas, in Sermonario incipiente: Spicas tuber Discipulos colligere, &c. in sermone 30. qui incipit: Ingressus Angelus ad Virginem Matrem, postquam dixerat Virginem MARIAM habuisse omnem plenitudinem gratiarum, enumerassetq;

sex plenitudines, sic prosequitur: Hæc omnes Virgo singulares habent plenitudines, quibus si plures inventantur, referantur necesse est ad istas, quia non differunt ab ipsis, sed concluduntur in ipsis. Plenitude enim celi, quæ gloria est, plena extitit, quæ cælestem vitam inchoavit primitus, & consummavit felicissimus gaudia matris habens cum Virginitatis honore, &c. In Conventu S. Francisci Parisiensis manusc.

O DO Antiochenus Patriarcha, scriptis de immunitate Virginis MARIE, ut refert Antonius de Leon in Bibliot. clafe 11.

O DO Astenensis, contemporaneus Sancti Bernardi, super Psalm. 96. ad illud: Nubes & caligo in circuitu ejus, ait: Vtrum tuam, Beata Virgo, solius Dei gratia madefactam, hanc nubem vocaverim, &c. Istam, & aliam hujus Doctoris auctoritatem ex Psal. 18. explicat R. P. Eusebius Nieremberg, in suo Sacro-syl. de incontaminata puritate sacratissimæ Virg. MARIE, quia si à sola Dei gratia fuit madefacta MARIA ergo non à culpa. Lib. impress. cum Operibus Sancti Brunonis Astensis tomo 3. fol. 46. Venetijs 1651. in folio.

O DO Cameracensis Episcopus, Ordinis S. Benedicti, in Expositione Canonis Missæ distin. 3. postquam vocavit Christum hostiam Immaculatam, inquit: De pura ab omni peccato creditur conceptus & natus: ideo Immaculata, &c. ab Immaculata ergo sumpta est hæc hostia, & ideo & ipsa Immaculata, &c. Vide Eusebium Nieremberg. in Sacro-syll. 5. 7.

O DO Cameracensis Episcopus, natione Gallicus, de B. Virginie Opusculum quoddam edidit Gratia plena prænotatum. Nelicet, si sit idem cum antecedente ac cum sequente.

O DO Cancellarius Parisiensis, sive Gallus, Auctor antiquus, in libro: Flores Sermonum ac Evangeliorum Dominicantium, &c. Sermones Dominicæ 1. Adventus folio 1. inquit: Per montem enim Oliveti intelligitur Beata Virgo per quam Christus venit in mundum: quoniam tria considerantur in monte, firmitas, altitudo & quod manè prius radios solares recipit. Sic Beata Virgo firma fuit in virginitate; quia ut conceperet Virgo, Angelo consensit. Alta per eminentiam vite, quoniam super choros Angelorum exaltata est ad cœlestia Regna. Radios solis prima recepit, quia donis Spiritus sancti præ ceteris fuit illustrata, & prima inter mulieres Virginitatem Domino dicavit. Unde non tantum radios solis, sed & ipsum solem, id est Christum in utero suscepit, ut sub nube carnis à Virgine sumpta claritas solis à Virgine videretur, quam sine hac nube humanus aspectus sustinere non posset. Hucusque Odo in hoc Sermone, & nihil amplius habet.

Item, Sermone de Purificatione fol. 36. inquit: Notandum, quod hoc festum tria habet nomina; vocatur enim Purificatione, non quia Beata Virgo indigeret purificatione, quia purissima facta est ex Conceptione Salvatoris; sed quia modo parentum legem voluit adimplere, &c. Lib. impress. Parisiensis 1510. in 4. Primò adverte, quod in toto hoc libro nihil aliud habet Doctor iste, quod directè vel indirectè ejus Conceptionem possit respiceret; nam quæ habet folio 54. non pertinent ad rem præsentem; vidi & inspexi librum omni diligentia. 2. Nota quod Vincentius Bandellus in Opere 2. de Concep. cap. 21. fol. 36. adducit hunc Auctorem pro sua opinione, citans quandam Sermonem de Beata Virgine. In hoc libro à me visto non est alias Ser-

mo de Beata Virgine, nisi præallegatus de Purificatione, & in hoc non dico verba, sed nec iota extat ex illis à Bandello relatis. Fortè Odo scripsit aliud Opus, quod ad manus meas non pervenit, nec alii Nomenclatores viderunt; de quo alibi late. In allegatis igitur verbis Odo magis pro nobis quam contra nos est: nam si manè MARIA recepit radios solis; quid est manè, nisi ortus? & quid ortus, nisi Conceptio? Item, si purissima ex Conceptione Salvatoris, illud ex non denotat tempus; nam Virgo non solum à tempore Conceptionis fuit purissima, sed ante notat igitur illud ex causam finali, id est: propter Conceptionem Salvatoris fuit facta purissima.

**O D O A R D U S** de Morales Italus, in libro: Rosario de la Madonna & somario della vita de Christo R.P. Ludovici de Estrada, &c. parte 2. cap. 17. pag. 270. inquit: Secondo considerando che il figliolo di Dio nella Cruce, & la Madre de Dio, nell suo letto patirono morte, essendo il figliolo impeccabile, & la Madre senza peccato, &c. Lib. impreß. Romæ 1588. in 12. regali.

**O D O A R D U S** Pachecus, Ordinis S. Augustini Hispanus, edidit Concessiones sacras de festo Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIE, ut refert Hippolytus Marraccius in Catal. ad ann. 1633. & in Biblioth. fol. 189.

**O D O N I U S** Campanus, Ordinis Beatæ MARIE de Monte Carmelo Germanus, in civitate Condomii disputavit pro mysterio Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIE coram omni populo, cuius Adversarius statim factus est mutus, cœcus & amens, &c. Ita Joan. Vital. in Defensorio, lib. 4. Ançil. 7. Marrac. & Pistoia.

Item, edidit pro puritate Conceptionis MARIE Virginis libros duos, ut refert Hippolytus Marrac. in Catal. ad annum 1351. & in Biblioth. Possevin. & Leon. clasfe 6. & 9.

**O D O R I C U S** Raynaudus, Clericus Regularis Italus, in continuatione Annalium Ecclesiasticorum Cæsarii Baronii, tomo. 17. ad annum 1387. num. 14. sic inquit: Excitata est Parisijs hoc anno gravissima controversia inter Academiam Parisiensis Doctores & Dominicanos cum Joanne de Montefono, quod nonnullas propositiones, quibus B. V. conceptam in originali peccato contendebar, tuendas suscepisset; ex quo in Gallijs magna in Dominicanos ipsos confitata invidia est. Rem vero gestam Clementis vite scriptor pluribus enarrat, &c. Et ad marginem habet: De Conceptione Immaculata Virginis disceptatum Parisijs. Lib. impreß. Romæ 1559. in fol.

**O F F I C I A** diversa, quæ ob devotionem mysterij Immaculatae Conceptionis edita sunt in diversis locis, sunt sequentia: Officium Immaculatae Conceptionis in charta pecorea pulcherrimis & deauratis characteribus scriptum. Invitat. Verbum Patris Mavem preservans à labe peccati\*. Venite adoremus, &c. Prima tres Lectiones sunt de Beato Anselmo in libro de Conceptione V. Secunda vero agunt de præservatione ipsius à peccato originali, & incipiunt: Quod si quis eam prima originis peccato, &c. & ultimum Responsorium est ex Sancto Ildephonso: Ab omni peccato originali Dei Matrem constat suisse immunem\* Per quam maledictio Eva matris est soluta, & omnibus benedictio condonata. Vers. Nullis quando nata est delictis subjacuit, nec originale peccatum in utero sanctificata contraxit, Per quam,

&c. In tertio Nocturno sunt Lectiones Sancti Anselmi ex Sermonе de Conceptione, & ultimum Responsorium est ex Sancto Thoma: Ad summum puritatis MARIA pervenit nulla contagione iniqua- ta peccati\* Sed fuit ab originali & actuali immunit. Ver- sic. Purissima namque fuit, nec originale immunit peccatum, mortale aut veniale; Sed fuit ab origi- li, &c. Exstat in Biblioth. D. D. Card. Barbi. num. 2397.

Officia Minorum Fratrum, sive proprium festorum Ordinis Minorum characteribus antiquis impressa fuerunt sub hoc titulo: Officia propria festorum Ordinis Fratrum Minorum ad formam officij novi redacta, qua S. D. N. Pius V. Pont. Maxim. anno Domini 1569. die 5. Maij Pontificatus 4. viva voce concessit, ut sic ordinata imprimenterent & à Fratribus & Monialibus eius Ordinis dicerentur. Et folio 11. exstat officium proprium *Immaculatae Conceptionis sanctissime Dei Genitricis MARIE* duplex majus. Antiphona: Sicut lilium inter spinas, &c. cum imagine Immaculatae Conceptionis. Impress. Venetiis 1577. in 4. regali, & alibi.

Officium Mancipiorum Beatissimæ Virginis Deiparae de Mercede: *De Conceptione Beatissime Virginis MARIE*. Exstat in libro Exercitorum ac Constitutionum eorumdem, elaborato a R. P. Fr. de la Serna, à fol. 49. usque 80. Impress. Hispalis 1635. in 8

Officia propria festorum Fratrum Ordinis Servorum Beatae MARIE Virginis, ad diem 8. Decembris: *In festo Conceptionis Beatae MARIE Virginis MARIE*. Exstat in libro Exercitorum ac Constitutionum eorumdem, elaborato a R. P. Fr. de la Serna, à fol. 49. usque 80. Impress. Hispalis 1635. in 8.

Officia secundum usum Romanæ Ecclesiæ, in quibus exstat Officium parvum de Conceptione Virginis MARIE, vidimus ferè triginta in diversis mundi partibus impress. De aliquibus facimus suis locis mentionem, præcipue verb. Horæ.

Officia propria Sanctorum Ordinis Carmelitarum: *Conceptionis B. Virginis MARIE* duplex 2. classis. Omnia ut in Breviario. Secunda die infra octavam Conceptionis, de Sermonे Sancti Augustini Episcopi, qui est 18. de Sanctis. Exultat MARIA, &c. In 3. Nocturno Homilia Sancti Hieronymi Presbyteri, ex lib. 1. in Matthæum. Romæ 1616. in 4.

Officia propria Sanctorum Toletani Ecclesiæ & Diœcesis à S. D. N. Gregorio XIII. & Sixto V. approbata, Illustrissimi ac Reverendissimi D. D. Gasparis de Quiroga S. R. E. Cardinalis Archiepiscopi Toletani iussu edita; & nunc denuo ad usum Breviarij Romani Pauli Papæ V. mandato Illustrissimi D. D. Bernardi de Sandoval Cardinalis & Archiepiscopi Toletani reformata, die 8. Decembris: *Fit de festo Conceptionis Beatae MARIE Virginis* duplex majus, ut in Breviario cum Commemoratione Ferie. Si hoc festum venerit in Dominica, transfertur post festum Sanctæ Leocadi in diem decimum cum Commemoratione octavæ, Ferie Adventus & S. Melchiadis, &c. Martini 1613. in 4.

Officia antiqua manusc. ubi plura sunt scripta Gallicæ, ad diem 8. Decembris deauratis characteribus: *Nostræ Domini*, in quibus exstat Officium de Conceptione. In Biblioth. D. D. Cardinalis Barberini, num. 1849. in 8. magno.

Officia

Officia Beatissimæ Virginis MARIE antiqua in charta pecorea, ad diem 8. Decembris: *Concep̄tio Sanc̄tæ MARIE Virginis*. In Biblioth. manus. D.D. Barberini num. 1848. in 12.

Officia antiqua manusc. in charta pecorea, ad diem 8. Decembris: *Concep̄tio MARIE rubris characteribus*. In Biblioth. D. Car. Bar. num. 332. in 8.

Officia antiqua in charta pecorea rubris characteribus, ad diem 8. Decembris: *Concep̄tio MARIE*. In Biblioth. D. Car. Bar. num. 337. in 12.

Officia propria Sanctorum pro Patriarchali Basilica Doctoris Gentium via Ostiensi, ad diem 8. Decembris: *Concep̄tio Virginis MARIE duplex manus*. In Bibl. manusc. Car. Bar. num. 1840. in fol. parvo.

Officium antiquum *Conceptionis Virginis MARIE* habet hanc sequentiam:

Nullum redemit Filius  
Ex omni gente dignus,  
Qui te servavit providè  
Mundans paternoscere.

Ia Petrus de Navarro in libro dicto: Favores del Rey del Cielo, id est, Vita Beatae Joannæ de la Cruz, lib. 3. cap. 14 fol. 675.

Officium Ecclesiæ & Virginis MARIE lingua Latina & Gallica, ad diem 8. Decembris: *Concep̄tio Sanctæ Virginis MARIE*. Lib. impress. Parisijs 1651. in 8. magno. Officium de *Conceptione*. Venetijs 1576.

Officium *Immaculate Conceptionis* traductum Hispano sermone. Lima 1639. in 8.

Officium *Conceptionis Beatae Virginis MARIE*, ut habetur in Horis antiquis fol. 121.

Officium *parvissime & Immaculatae Conceptionis*, ut habetur in libro cuius titulus: Exercitia quotidiana pia & Mariana. Antwerpia 1639. in 8. & incipit: Salve mundi Domina.

Officia divina de sanctissimo Eucharistia Sacramento & *Immaculata Conceptione Beatissimæ Virginis MARIE*, à sacra Rituum Congregatione approbata, & in omnibus Sabbatis extra Adventum & Quadragesimam, festo novem Lectionum etiam translati non impeditis, sub semiduplici recitatione concessa. Lib. impress. Ingolstadij 1641. in 12.

Officium Beatae Virginis Pij V. Pontificis Max. iussu editum, in officio ab Adventu usque ad vigiliam Nativitatem habet imaginem pulcherrimam *Conceptionis* cum omnibus suis attributis. Deinde folio 175. In festo *Conceptionis Beatae MARIE* Antiphonam & Orationem. Impress. Antwerpia jussu Serenissimorum Belgij Principum, anno 1600. in 4. regali.

GERERUS Florkin, Ordinis Minorum Leodiens. fecitque Opulculum: *Rhythmus de Immaculata Conceptione Beatissima Virginis MARIE*.

Lauda Sion plebs MARIAM  
Lauda Matrem & Reginam

In hymnis & canticis.

Quantum potes, tantum aude,  
Quia major omni laude,

Nec laudare sufficiat.

Laudis thema specialis,  
Mundo pax universalis

Hodie proponitur,

Quæ in sacri libri dicto,  
Per feminam hoste victo,

Danda non ambigitur.

Sit laus plena, sit sonora,  
Sit jucunda, fit decora

Mentis jubilatio.

Dies enim solemnis agitur,

In qua Matri mundæ recolitur

Divina *Concep̄tio*.

In hac stirpe novi Regis,

Novus fructus noxæ legis

Adæ virus terminat.

Vetus tatem novitas,

Labes purgat sanctitas,

Noxem lux eliminat.

Quod in Matre Pater gessit,

Recolendum hoc expressit

In Filii gloriam.

Docti sacris institutis,

Quod hæc via sit salutis,

Servamus memoriam.

Dogma datur Christianis,

Matrem Christi vitæ panis,

Esse mente Virginem.

Animosa jam sit fides,

Petras coli vult ut vides,

Juxta primum ordinem,

Sub diversis speciebus

Magnis utam hanc in rebus

Effert mens eximia.

Pius eam laudat totus,

Hæc laus ei cibus, potus,

Hæc sunt ejus gaudia.

Facto demum, quod portento!

Sicut carnis est fragmentum,

Gaudens coeli firmamento,

Nec sepulchro tegitur.

Nulla ei fit scissura,

Gloriosa est statura;

Caro illa quæ per pura

In Anna concipitur.

En Regina Angelorum

Facta falso viatorum,

Vera nutrix filiorum,

Non agnita canibus.

In figuris praesignatur,

Cum Juditha prædicatur,

Cum Esther coronatur,

Exspectata Patribus.

Bone Iesu Deus verè

Pius nostri miserere,

Pér MARIAM nos tuere,

Totam pulchram fac videre

In terra viventium.

Tu qui cuncta scis & vales,

Matris lacte hic mortales

Palce, post hac commensales,

Cohæredes & sōdales

Fac sanctorum civium.

Exstat manusc. apud nos.

O L I V E R I U S Bonartius, Societas Jesu, in Commentarijs in Ecclesiasticum adducit pro festo *Conceptionis B. Virginis MARIE* indicem concionatorium. Lib. impress. Antwerpia 1634. in folio. Vide etiam cap. 21. vers. 37. fol. 382.

Item, in Commentario Litterali & Morali in Estherem, in Indice cōcionatorio pro die *Conceptionis Virginis MARIE*, &c. plura invenies, præcipue folio 424. Lib. impress. Coloniae Agrippinæ 1647. in folio.

OLIVERIUS Mailardus, Ordinis Minorum na-

tione

tione Gallus, de *Conceptione B. Virginis MARIE* Sermonem unum. Impressi. Argentorati 1514. in 4.

Item, in Sabbato primæ Dominicæ Adventus in die *Conceptionis de manæ de Immaculata Virginis MARIE* Conceptione Sermonem unum, qui est in ordine 8. super illa verba: Abijentes omnem immunditiam.

Item, in eodem die *Conceptionis ad Vesperas de eadem Immaculata Conceptione* Sermonem alterum, qui est in ordine 9. in lib. Sermonum Adventualium, qui fuerunt declamati Parisiis 1494. sed impressi. ibidem 1521. & 1507. in 8. & Argentinæ 1512. in 4. cum imagine Immaculatæ Conceptionis & hoc titulo: Sermons de Adventu, Quadragesimales, Dominicales, & de Peccati stipendio & gratia præmio, &c. Lugduni 1494. in 4. fol. 36. usque 41.

Item, scriptus Dialogum inter veritatem & mendacium pro *Immaculata Virginis Conceptione*, de quo mentionem facit Daniel Agricola Scriptor sui temporis in Corona Doctorum sæpe citata in hoc libro, folio 175.

**O L I V E R I U S** Neapolitanus, Protecto<sup>r</sup> Ordinis Prædicatorum, ac S.R.E. Cardinalis, ad annū 1494. præcepit ut Fratres Ordinis Prædicatorum in suis ad populum Sermonibus nullam omnino mentionem facerent de *Conceptione Beatisimæ Virginis*, &c. Vide de hac re Henric. Spond. ad annum prædict. num. 14. Vide Gregorium Ulyssiponense. **O N E S I M U S** de Kien, Ordinis Minorum Flander, transtulit in Latin. ling. Paradisum Virginalem R.P. Joannis de Mata Dominicani, ac per consequens Sermonem de *Conceptione Virginis MARIE*, in quo eam à peccato liberam & immunem fatetur. Lib. impress. Antuerpiæ 1652. in 4.

Item, in libro: Medulla cedri Libani, sive *Conceptus Prædicabiles* super Dominicæ totius anni ex Homilijs Quadragesimalib. R.D. P.Fr. Hieronymi Baptista Lanuza Episcopi Balbastrensis, & Albarazini Ordinis Prædicatorum, tomo 2. folio 213. habet Concionem pro festo *Conceptionis Beatae Virginis MARIE*, ubi ad finem habet aliqua pro ejus immunitate. Lib. impress. Antuerpiæ 1653. in 4.

**O N U P H R I U S** à Copurcio, Ordinis Minorū, in Relatione Provincie Sancti Nicolai Varen. reformatæ sive strictioris Observantie, de *Capella Conceptionis* existente in Conventu Sancti Stephani Martinæ. Item, de *Capella Conceptionis* in Conventu Sanctæ Crucis Francevillæ. Extat hæc Relatio manuscr. apud nos.

**O N U P H R I U S** Elisius, Ordinis Prædicatorū Italus, in libro: Novus & copiosus thesaurus SS. Rosarij Domina nostre, folio 65. de indulgijs pro die *Conceptionis* in stationibus Urbis in Ecclesia S. MARIE del Populo, &c. Lib. impress. Neapol. 1636. in 4.

**O N U P H R I U S** Zarribinus de Contignola, Canonicus Regularis Congregationis Sancti Salvatoris, in suis libris Italice scriptis Homiliarum sive Sermonum (sunt enim quinque) in multis locis asserit Virginem MARIAM suisse conceptam absq[ue] peccato originali & à Deo preservatam, &c. ut videre est parte 4. in 4. Dominica Adventus, fol. 99. & 5. part. Homil. super Missus est, fol. 159. & sermonne de Nativitate Virginis, folio 182. &c. Lib. impressi. Venetiis 1586. & 1575. in 4. & alibi.

**O R D I N E S** Militares in communī cultu celebrantes mysterium Immaculatæ Conceptionis,

sunt omnes: sed specialiter voto ac iuramento quatuor illustrissimæ, scilicet Militia sancti Jacobi, Alcantarenis, & Calatravensis & Militia dicta Christiana se obstrinxerunt pro immunitate Virginis MARIE à peccato originali: gladio se, & si opus sit, cruento defensu Virgini Concep- tū candorem. Ita Velazquez lib. 5. de MARIA Immaculatæ concepta dissert. 3. adnot. 9. fol. 437.

Item, Militia Christiana sub titulo *Conceptionis* volum emisit, quod semper tuebitur *Conceptionem Matris Dei Immaculatam*, ac in hac re & in omnibus ejus probabit gloriam juxta mentem Romanæ Ecclesiæ. Vide Armamentar. in Regest. fol. 559. De hac sic inquit Spondanus: *Conceptionis* ordo Mil- litaris erexit sub titulo *Conceptionis Virginis Imma- culatae*, seu ordo de sacra Militia Christiana sub protectione Beatissimæ Virginis MARIE, sancti Michaëlis & sancti Francisci, qui Olomuni in Moravia in Monasterio Patrum Capucinorum die 16. Novembris institutus fuit, &c. Spond. ad annum 1615. num. 14.

Alcantarenis ordo, seu Militia Hispanica militaris sacro-sancto iuramento, ac religioso prefitto voto die 2. Februarij 1653. ad defensionem Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIE, ulque ad crutoris effusionem obligatur. Vide Joannem Antonium Velazquez, libro 5. de MARIA Immaculatæ concepta dissert. 3. adnot. 9. num. 7. fol. 436. Extat impressum Matri apud Dominicum Garcia Morras in folio, cum imagine *Conceptionis*.

Jacobi Militia, seu ordo Militaris sancti Jacobi in Hispania, publico voto ac iuramento sed strinxit die 30. Decembris anni 1657. pro defensione *Conceptionis Immaculatæ Virginis MARIE* ulque ad ultimum vitæ discrimen. Vide Joannem Antonium Velazquez libro 5. de MARIA Immaculatæ concepta, dissert. 3. adnot. 9. folio 436. Christophorus de Vega in Theolog. Marian. fol. 147. adducit votum, & extat impressum cum imagine Immaculatæ Conceptionis in folio abh[ic]e 2000 & loco impressionis.

Calatravensis ordo seu militaris Militia Hispanica, jurejurando ac religioso voto conficta anno 1652. die 23. Decembris, *Immaculatæ Virginis MARIE* Conceptionem tueri ac defendit ulq[ue] ad sanguinis effusionem. Vide Joannem Antonium Velazquez libro 5. de MARIA Immaculatæ concepta dissert. 2. adnot. 9. folio 436. & votum ipsum apud Christoph. de Vega in Thologia Marianæ folio 145. num. 458. Fuit etiam impressum per D.D. Hieronymum de Mascareñas Episcopum designatum Leyriæ. Item, est aliud Opusculum impressum sub hoc titulo: Ceremonias conque ha de celebrar la orden de Calatrava el iuramento, y voto de la *Immaculada Concepcion de nuestra Señora*, Lunes 23. de Diciembre de 1657. & extat in 8. Item, in charta expansa extat impressus Catalogus octavae & predicatorum pro celebritate ejusdem mysterii *Immaculatae Concep- tis* cum imagine, &c.

Hospitalarius ordo, sive sancti Joannis Hierosolymitani (Rhodi, sive Melitensis committite dictus) facit suam professionem sic: Ego N. voveo Deo omnipotenti & ejus Matri *Immaculatae Virginis MARIE*, & Joanni Baptista, &c. ut referunt Joannes Lorinus libro 13. cap. 3. Menne- nius in Delicijs Equestrium folio 13. O R D O officij divini anni Domini 1644. iuncta Ricum

Ritum Breviarij Romani ad mensem Decembris: Conceptio Beatae MARIE Virginis duplex. Habemus Capellam Chori ei dicatam, &c. Lib. impress. Romæ 1644. in 8.

Ordo divini Officij recitandi juxta ritum Breviarij Romani, Innocentij X. Pont. Max. auctoritate recogniti: De modo recitandi Officium in festa Conceptionis, sunt tabulae perpetuae. Romæ impress. 1646. in 8.

Officium Curatorum Ecclesie Cameracensis: De Conceptione, Impress. in 4. Parisijs.

Item, Officium Beatae MARIE dicendum à die post Purificationem usq; ad Vesperas sabbati ante primam Dominicam Adventus, præterquam quod in die Annuntiationis habet imaginem Joachimi & Annæ mutuo se osculantium, & Angeli annuntiantis Joachimo Conceptionem Virginis in pascuis, &c.

Ordo Officij divini recitandi juxta ritum S. R. E. ad novam Kalendarij restitutionem, cui addita sunt festa Sanctorum tum à felicis recordationis Gregorij XIII. tum etiam à S. D. N. Sixto V. Pontif. Max. in ipso Kalendario nuper adjecta: Conceptio Sancte MARIE duplex. Roma 1588. in 8.

Officij divini & sacrarum Missarum in dies singulos perpetua dispositione, &c. Conceptio B. Virginis duplex. Ad Matutinum omnia ut supra mente Septembri præter Lectiones primi & secundi. Nocturni, &c. & sic per singulos annos. Lib. impress. Romæ 1582. in 4. parvo.

Ordo recitandi divinum Officium, & celebrandi Missarum juxta ritum Sacro-Sanctæ Romanae Ecclesiæ in civitate & diœcesi Neapolitana, ad diem 8. Decembris: Conceptio Beatae MARIE Virginis duplex. Lib. impress. in Officina Salviana anno 1581. in 8.

Carmelitarum sub hoc titulo: Officia propria Sanctorum, & aliarum festivitatum Ordinis Carmelitarum pro Fratribus Discalceatis ejusdem Ordinis à sacra Rituum congregatione approbata. folio 1. In festo Conceptionis Beatae MARIE duplex secundæ classis, &c. Impress. Roma 1629. in 4.

Ordo divini Officij secundum consuetudinem S. R. E. & Cathedralis Cremonæ, ad diem 8. Decembris: Conceptio Beatae MARIE Virginis duplex. Lib. impress. Cremonæ 1590. in 8.

Ordo seu dispositio Officij divini juxta ritum S. R. E. incipiens à mense Octobris, &c. ad diem 8. Decembris: Conceptio Beatae MARIE Virginis duplex. Venetijs 1580. in 8.

Ordo perpetuus divini Officij secundum Romanam Curiam, quo quisque facilè vitare poterit errores, &c. die 8. Februario Conceptionis Virginis MARIE fit duplex, & semper celebratur die suo quavis fit in Dominica, & Dominica transferatur ad diem Luna, & hoc ex dispensatione Papæ Sixti IV. & infra octavam non fit de aliquo falso, nisi esset duplex. Dominica, quæ occurrit infra octavam vel in octava dictæ Conceptionis, fit de ipsa Dominica cum Commemoratione dictæ octavæ, & transfertur dictæ octava in diem Luna. Et nota, quod: quando transfertur dicta Dominica ad diem Luna, fit Officium de Dominicâ, ad litteram, sed non dicitur ex debito Officium B. MARIE Virginis, nec ad Primam & Completoriun dicuntur preces; & ad Primam dicitur: Qui venturus es; & non: Qui natus es de Virg. Quando fit de Dominicâ, fit Commemoratio de Concep-

tione in Vesperis & Matutinis; & Missa dicitur de Dominica ad litteram, & non dicitur Gloria in excelsis Deo, sed tunc dicitur Credo, & dicitur Præfatio de Conceptione: & totum hoc fit ex dispositione dicti Pontificis. Omnia hæc reperiens in lib. impress. Romæ 1520. in 8. Et nota, quod hæc rubrica, & alia quæ continentur in prædicto libro circa officium divinum, sunt approbata à Summo Pontifice Leone X. motu proprio, qui incipit: Cum sicut accepimus; ut vide, re est in eodem libro, folio 1.

Officia propria SS. pro Basilica Beatae MARIE Majoris, die 8. Decembris: Conceptio Beatae MARIE Virginis duplex 2. classis, etiam si venerit in Dominica 2. classis. Romæ 1636. in 8. Et aliud Officium de Conceptione. Impress. 1637.

Officium in festa Immaculatae Conceptionis gloriose Virginis MARIE cum sua octava, & quidem pulcherrimum, cuius prima Antiph. incipit: Dixit Dominus Deus ad serpentem; &c. Antiph. vero ad Magnificat sic se habet: Angeli, Archangeli, Throni, & Dominationes, Principatus & Potestates, Virtutes cœlorum, Cherubim atque Seraphim, omnes Sancti & Sanctæ Dei Immaculatae Conceptionis Virginis MARIE magnificate: quia fecit illi magna qui potens est, Alleluia, &c. Habet missallum manusc. in 4.

Officium de septem Festivitatibus Beatae Virginis MARIE, quod dicitur in die Sabbati, cum imagine in qua sunt depictæ septem præcipuae festivitates Deiparae, & in prima seu superiori parte inter lumen est imago Immaculatae Conceptionis Dominae nostræ, habet Officium ejusdem Immaculatae Conceptionis Sacratissime MARIE pulcherrimum, & incipit Invitatorium: Ave MARIA gratia plena, Dominus tecum: vere gratia plena, quæ mox concepta sancto Spiritu plena, &c. Hoc Officium approbat Leo X. summus Pontifex, & recitantibus ipsum gratias concessit. Extat impress. Neapoli per Antonium de Frizis anno Domini 1519. die 8. mensis Novembris.

Græci habent speciale Officium de Conceptione Virginis MARIE, quod nunc in lucem edidit R. P. Simon Wagnereckius Societatis Jesu. Incipit: Tuam hodie Concipientis festivitatem, &c. Et ipsum adducit P. Ant. Velazquez, libro 4. de MARIA Immaculatae concepta dist. 4. adn. i pag. 332. & prim. impress. fol. 609. Adducitur etiam à Dominico de Gravina 2. part. tom. 4. fol. 410. & incipit: Dominus noster, differtque in nonnullis à præcedenti.

Officium Romanum Horarum Beatae MARIE Virginis, folio 109. Incipit Officium Conceptionis B. MARIE Virginis. Impress. Venetijs 1562. in 12.

Officium purissime & Immaculissima Conceptionis sanctissime Virginis, ipsique acceptissimum, ut revelatum fuit P. Alphonso Rodriguez, &c. Neapoli impress. 1641. in 12.

Officium stellarum Immaculatae Conceptionis Virginis MARIE, ut habetur in lib. impress. Neapoli 1641. in 12. lingua Italica.

Octavæ festorum, hoc est, Lectiones secundi & tertii Nocturni singulis diebus recitandæ infra octavas festorum, præsertim Patronorum locorum & titularium Ecclesiarum, quæ juxta rubricas Breviarij Romani celebrati debent, à sacra Rituum Congregatione ad usum totius orbis Ecclesiarum approbat: Infra octavam Conceptionis Beatae MARIE

Lectiones. In libro impress. Neapoli 1628. in 8.  
Vide verb. Breviaria.

**O R I N G A** Christiana sive à Cruce , Ordinis S. Augustini Itala , cùm esset in civitate Affiliensi in cœlum raptæ, Christum conspergit splendore suo immenso supernæ illius civitatis immensa spatio collustrantem, præ cuius radijs corporei solis lux omnis obscura quodammodo erat. Videbatur qui à vestimentis ac throno Christi absistebat splendor , materialem nostrum sole illuminare, non secus, atque sol ipse lunæ lumen comunicat suum. Ipsam quoque vidit gloriosem Virginem Deiparam in uno cum Filio throno considerare eodem conspicuum splendore , alba veste pretiosissima induitam. Hanc porro Augustam Reginam Angeli, ac Sancti omnes venerabantur singulari gaudio exultantes. Tunc turmatim à throno abcedere, cœlestique illa regione peragrata, iterum ad ejus se prosternere pedes, atque ab ea favoris ac benevolentiae exhibito testimonio ac benedictione imperitâ reverti, suavissime interim psallentes , decentissimeque tripudiantes : atque id saepius facitabant. Quæ dum fierent, prostrata ad Dei solium Oringa stuporis plenâ , cum beatis illis cœli civibus Christum, ac Christi Matrem adorabat. Compellat interim eam Christus : Miraris Christiana honorem, qui ab Angelis hodie Matri meæ gloriose exhibetur, & quæ induita est, vestem; sed scito hodie agi in cœlo celebritatem Immaculatæ Conceptionis ejus, quæ me deinde concepit, ac peperit verum Deum a hominem illibata semper virginitate. Vestimenti ejus candor prærogativa est singulare innocentie, &c. Ita Joannes Bollandus die 10. Januarij fol. 1652. ex Razzo cap. 2. Marrac. in Lil. Marian. à fol. 329. & citat Cornelium Cursium in Vita.

**O R I G E N E S** Adamantius Græcus, de Morte magni Regis, pertractans illud Canticorum: Quò abij dilectus tuus, o pulcherrima mulierum? inquit: Omnes Virgines & cæteræ Sanctæ ac mundæ mulieres, convenire vos volo à finistris, & MARIAM Matrem Domini mei Virginem Hebream à dextris meis constituo. Omnes vos maculam habetis originalis culpa defuper conspersæ per totum; sed non MARIA. Et idem ibidem: O MARIA Virga pura, & sancta carens originali decoraque, sanctior carens peccato actuali, pulcherrima & sanctissima carens quocumque veniali. Ita Anonymus in Tractatu de Conceptione manus. Colonie apud Cruciferos, & apud nos in 4. qui incipit sic: Sapientia ædificavit sibi domum. Fides hujus auctoritatis sit apud Auctorem.

**O R L A N D U S** Carmelitanus, editit Tractatum pro Immaculata Virginis Conceptione per disputationes & numeros teste R. P. Francisco Bonae spei Carmelitano, tomo 4. sua Theologia disput. 12. dub. 5. fol 220. colum. 2. ad finem ex Lezana.

**O R L A N D U S** Cathaneus, Comes ac Dominus Vallis Cassentinae prope montem Alvernae, S. P. nostri Francisci contemporaneus ac devotissimus, exerit in Monte Alverna Ecclesiam sanctæ MARIE de Angelis sacram: qua de causa singulis diebus sabbatinis Misla de Conceptione ejusdem Virginis MARIE in ea à Fratribus solemniter celebratur pro prædicto benefactor Orlando. Lucas Wad. tom. 1. Annal. ad annum 1213. num. 33. Marrac. in Princip. Marian.

**O S B E R T U S** Pickingamus, vel Pickenhan, vel Bickenan, Ordinis Carmelitarum Anglus, edidit Librum unum de Immaculata Virginis Beatisimæ MARIE Conceptione de quo agit Hippolytus Marraccius in Catalogo Immacul. Cone. ad ann. 1331. & in Biblioth. folio 195. Possevinus, Pitsæus, & Leon clasæ 9. & 11. Pistoia fol. 155. **O T T O** van Passouwe, Franciscanus Flander, edidit Librum sub hoc titulo: Aureus Thronus, &c. Et in titulo de Honore & laude Virginis MARIE ita inquit: MARIA adhuc magis laudanda est ante omnes qui ex matre & patre corporaliter nascuntur, quia Deus eam ab omni peccato volunt praeservare, à veniali & mortali, & singulariter à peccato genitali, &c. Liber est impress. Colonie in folio ann. 1492. Sed nota, quod in impressione non sit nomen, quia liber est anonymus. In Bibliotheca PP. Carthusiens. Ruremundæ extat nomen supra positum exaratum litteris manuscriptis ut videre est num. 18. & etiam apud Cruciferos ibidem, numero 42.

**O T T O M A R I U S** Lucinus, Argentinensis Germanus, pro Virginis Conceptione hæc Cartina editit :

Define Christiferam nativa involvere tulps.  
Quam temeras Genitrix est veneranda Dei.  
Angelus haud sensit, nec Adam contigit habet,  
Et Matrem hanc audes contaminare Deum.

Ita in libro Henrici de Hassia in principio. Impress. in 4.

## P.

**P A C I F I C U S** de Novarra, Ordinis Minorum Italus, in Summa dicta: Pacifica de sanctificatione festorum, folio 46. ad diem 8. Decembri: De festivitate gloriose Conceptionis Domina nostra Virginis MARIE. Lib. impress. Venetiis 1579. in 8.

**P A C I F I C U S** Porri à Gera, Ordinis Minorum Cremonensis Italus, habet Questionem: Probanda Virgo fuerit concepta in originali peccato? Resp. neg. quam R. P. Hieronymus Gallus Ordinis Minorum corredit, emendavit, atque typis mandavit fecit Mediolani 1645. in folio.

**P A L A M E D E S** Gavallicensis Episcopus Gallicus, edidit & approbatum cum aliis Decretum Provincialis Concilii Avignonensis circa possum Conceptionem Beatissima Virginis MARIE. De quo vide Purpur. Marian. folio 369.

**P A R A T U S** ..... (cujus Ordinis vel nationis fuit, ignoratur: fuit tamen Doctor antiquus) scripsit Sermones luculentissimos de Tempore ac de Sanctis, inter quos Sermo 4. de Sanctis est de Conceptione Beate MARIE Virginis, à fol. 256. usque 258. in quo hæc habet: Hodie Sancta Mater Ecclesia recolit, qualiter MARIA Virgo Virginum in utero matris sua sit concepta. Circa verba proposita quatuor revera magna à Deo sibi facta per sanctitatem ejus tam sacram refant consideranda. Primò, quod Deus Conceptionem suam Angelica voce nuntiavit. Secundò, quid ipsam tam in utero, quam extra uterum matris sue per omnibus creaturis mundi mirabiliter sanctificavit. Terziò fecit ei Dominus magna ex eo, quod eam tam in utero, quam extra uterum sanctificavit; quod sic ostenditur: Cùm Beatissima Virgo MARIA concepta fuit in utero cursu naturæ, corpus suum erat